



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

II. Probatur veritas ex Scripturis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

versit, cui statim addita fuit correctio; eadem vehemenia praesentem cœlestis decreti memoriam illi abstulit. Hæc ille, qui non ignoratiam modò, sed etiam obliuionem, & peccatum Christo tribuere non veretur.

Fundamentum suæ sententiæ constituunt in quinq; locis Scripturæ. PRIMVS est Heb. 2. & 4. Debuit assimilari fratribus per omnia absq; peccato. SECUNDVS est Luc. 2. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Nam in Græco non est, plenus, sed qui implebatur, non enim est πλήρης sed participium præsens πληρύμενος. TERTIVS est ibidem: IESVS autem proficiebat sapientia, etate & gratia. QUARTVS est Marc. 13. De illo dñe nemo scit, neq; Angeli, neq; Filius, nisi solus Pater. QVINTVS est Matth. 26. Si possumus est, transeat calix iste; sed non quod ego volo, sed quod tu. Videtur enim Dominus reuocare & corrigerem priorē orationē suāt. Et præterea vel sciebat Dominus, possibile fuisse ut transferretur calix, vel sciebat id fuisse impossibile; vel ignorabat, possibile ne esset, an impossibile. Si ignorabat, ignorans erat; si sciebat esse possibile, cur dubitabat? si sciebat esse impossibile, cur petebat? denique, nonne venerat p̄r genere humano mortitūs? cur igitur mortem depreca: itur?

At Catholicorum cōmuniſ ſententia ſemper fuit, Christi animam ab ipsa ſua creatione repletam ſcientia & gratia, ita ut nihil poſtea didicerit, quod antea nesciret, nec ullam actionem fecerit, aut facere potuerit, quæ emendatione eguerit. Ita docent cum Magistro omnes Theologi in 3. diſt. 13. & etiam omnes Patres, ut mox videbimus.

C A P V T II.

Probatur veritas ex Scripturis.

Provis igitur nobis demonſtrandum est, Christi animam ab ipsa ſua creatione, ſapiētia, & gratia plenissimam fuisse. Id quod Scripturarum testi- moniis, Patrum doctrina, & argumentis ab ipsa ratione peritis probare conabimur. Habemus in primis teſtimonium Iſaiæ, c. II. Egredietur Virga de radice Ieffe, & flos de radice eius descendet, & requiesceret ſuper eum ſpiritus Do-

minis,

mini, spiritus sapientia, &c. Quem locum de Christo omnes omnino intelligunt. & hoc idem significabant illa omnia loca, vbi dicitur Christus unctus a Deo Spiritu sancto. v. Mal. 4.4. Vnxit te Deus Deus tuus, &c. Et Isa. 61. Spiritus Domini super me eo quod exinxerit. Et Act. 4. Conuenerunt vere aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem exinxisti. Et Act. 10. Vnxist eum Dominus Spiritu sancto, & virtute.

Sed circa haec loca est duplex difficultas. PRIMA, quia nullo horum locorum habetur, quod ista uincio si facta ipsa conceptione, immo videtur facta anno XXX, quando super eum descendit Spiritus sanctus in specie columbæ, ut indicare videtur S. Hieronymus in comment. Isaiae, cap. 61.

ALTERA difficultas est, quia licet constaret in ipsa conceptione fuisse Christum unctum Spiritu sancto, & repletum omnibus donis; tamen adhuc potuisse postea augeri sapientia & gratia. Nam Luc. 1. dicitur de Ioanne: Et spiritus sanctus replebitur adhuc ex utero matris sua. Et tamen omnes fatur, illum auctum postea multis donis fuisse.

Respondeo ad PRIMAM difficultatem, istam uincionem non potuisse fieri nisi in ipsa conceptione. PRIMO, quia verba Isaiae hoc significant: Egredietur, inquit, Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescit super eum spiritus Domini, spiritus sapientia, &c. Coniungit enim hinc cum ipsa incarnatione, seu conceptione Christi ex Virgine (quid enim est aliud virga florens, quam Virgo concepit fructus siquidem in arboribus partum, flos conceptum designat) descensum Spiritus sancti super Christum cum omnibus donorum suorum copia. Itaque super ipsum florem, id est super Christum hominem nondum natum, sed conceputum, Spiritus sanctus descendit, eumque sapientia, intellectu, carissilio, fortitudine, scientia, & pietate replete.

SECUNDO, quia si anno demum XXX. Dominus fuisse unctus fuisset, non dixisset Angelus ad Pastores Luc. 1. Non est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus. Quod Christus, nisi unctus? iam tunc erat unctus, & Christus dici poterat, cum ex Virgine nascebatur.

TERTIO, quia Ioan. 1. legimus: Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis (Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi genitrix a Patre plenam gratia & veritatis. Vbi illud, plenum

plenum gratiae, cum sit nominatiuus masculini generis in
Græco textu, $\tau\alpha\lambda\eta\gamma\sigma$, coniungi debet cum illa voce, *Verbum*,
Græcè $\lambda\delta\gamma\sigma$, ut sensus sit, Verbum caro factum est plenum
gratiae, & veritatis. proinde hic etiam cum incarnatione
coniungitur plenitudo gratiae.

Quarto, quia si alio tempore, quam in conceptione fa-
cta est vinctio, maximè in anno trigesimo factam dicamus
necessè est, quando descendit super eum Spiritus sanctus. at
tunc non est facta. Nam ut AVGUSTINVS dicit lib. 15. Tri-
nit. cap. 26. absurdissimum est dicere, Christum anno XXX.
accepisse Spiritum sanctum, cum eius præcursor acceperit in
utero matris suæ. Et præterea Luc. 2. Christus adhuc infans
dicitur plenus, seu quod implebatur sapientia, & quod gra-
tia Dei erat in illo. Non ergo exspectauit spiritum sapientiae
& gratiae per annos XXX.

Neque obstat quod HIERONYMVS in cap. 61. Isaiae di-
cit, Vunctionem Christi expletam anno eius XXX. Voluit e-
nim Hieronymus dicere, Christum, qui fuerat vinctus in cō-
ceptione sua inuisibiliter, fuisse vinctum in Baptismo visibi-
liter, id est, manifestatam tunc fuisse exteriore signo vinctio-
nem, quam intus antea iam acceperat.

Ad SECUNDAM difficultatem respondeo. Licet Ioannes,
& alij homines ita fuerint pleni initio, ut tamen adhuc po-
tuerint proficere, tamen Christum non potuisse proficere;
quia initio accepit gratiam sine mensura; alij vero accepe-
runt cum mensura. Nam de Christo dicit Ioannes cap. 1. *De*
plenitudine eius omnes accepimus. Non enim secundum
mensuram dat Deus spiritum, nimirum Filio suo. De aliis di-
citur Ephes. 4. *Vnicusque nostrum data est gratia secundum*
mensuram donationis Christi. Vnde dicitur Ioannis vlt.

Domine tu omnia nos*t*. Et Coloss. 2. In quo
sunt omnes thesauri scientia, &
sapientia Dei.

